Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



panes fiant. Qui uidens dixit ei. Scriptum
est enim. Non in solo pane viuit homo. sed
in omni uerbo quod procedit de ore dei. Tunc
assumpsit eum diabolus in sanctam ciu-
tatem et statuit eum super pinaculum tem-
pli et dixit ei. Si filius dei es mitte te de or-
sum. Scriptum est enim quia angelis suis
mandauit de te et in manibus tollent te ne
forte offendas ad lapidem pedem tuum. aut
illi ihs rursum. Scriptum est enim. non tem-
tabis dnm deum tuum. Iterum assumpsit
eum diabolus in montem excelsum valde
et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eo-
rum. Et dixit illi. Hec omnia tibi dabo. si
procidens adoraueris me. Tunc dixit ei ihs
Vade sathanas. Scriptum est enim. dnm de-
um tuum adorabis et illi soli seruies. Tunc
reliquit eum diabolus et ecce angeli accesse-
runt et ministrabant ei. Off. Scapulis suis obum-
brabit tibi ~~dominus~~ et sub pennis eius sperabis scuto cir-
cumdabit te veritas eius. Sec. Sacrificium oblati-
onis nostrae suscipiat quesumus domine deprecamur ut eius efficiat
tione sacramentum a nobis quoque voluptatibus repellatur per dnm. Communio. Cum exaudiuerit
eum. Cō. Scapulis suis obumbrabit tibi et sub pennis
eius sperabis scuto circumdabit te veritas eius. Pl. Tu
nos domine saluabis et custodies sanctos